UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Ioanni Scholastico. 163.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

Athanaſio Presbytero. 162.

Quoniam mirum tibi videri ſcripſiſti, quî fiat vt cùm graue atque atrox facinus ſit, Zoſimum, qui Presbyteri ſpeciem gerit, ſacris operari, ei tamen, à quo ſcelerate ordinatus eſt, haudquaquam graue eſſe videatur, hoc reſponderim. Tu quidem pro tuo in improbos odio atque in probos amore iuſtè ſtomacharis (neque enim quiſquam inficias iuerit) ego verò illud quoque te monere iuſtum eſſe cenſui, vt linguam tuam à maledicentia puram ac liberam conſerues. Etſi enim ille innumeris, vt ſcripſiſti, mortis generibus dignus eſt, vt qui ne honore quidem melior factus ſit, verùm ſacerdotij dignitate tanquam armis quibuſdam ad vitium abutatur (vnde etiã, niſi reſipiſcat,) grauiſſimas ab eo incorruptus iudex pœnas expetet: neque enim iniuſtus eſt Deus: at minimè tamẽ dignũ fuerit, te os tuũ impuris ipſius flagitiis exponendis & inſectandis conſpurcare.

Ioanni Scholaſtico. 163.

Si te ad pugnam aduerſarius tuus extimulat, ſatius quidem fuerit nihil omnino reſpondere. Si autem hoc te, vt qui ſummè philoſophari minimè inſtitueris, facere poſſe negas, reprehenſionem ſaltem philoſophia tempera, his Oratoris verbis ad eum vtens. Metuo, ne ea, quæ decent, de te dicens, in eos ſermones, qui me minimè decent, incidam. Sic enim & mediocriter philoſophaberis, & illum vlciſceris.

Heraclidi Presbytero. 164.

Illud tibi permirum videri dixiſti, quî fiat, vt diabolus, viribus eius fractis & debilitatis, quàmplurimos homines in poteſtatem ſuam redigat. Ego verò minimè illud miror, quòd ſceleſtus ille excubans, ac nec tempus vllum nec horam prætermittens, nos deſidia torpentes & dormiẽtes ſuperet. Etenim eos quidem, quos ſu-

Ἀθανασίῳ πρεσβυτέρῳ. ρξβ.

Ἐπειδὴ γέγραφας θαυμάζειν, ὅπως τὸ ἱερᾶσθαι Ζώσιμον τὸν δοκοῦντα εἶναι πρεσβύτερον δεινὸν ὄν, οὐ δεινὸν εἶναι δοκεῖ τῷ παρανόμως αὐτὸν χειροτονήσαντι, φήσαιμι, ὅτι αὐτὸς μὲν ὡς μισοπόνηρος, καὶ φιλάγαθος πρόσω δικαίως ἀγανακτεῖς. οὐδεὶς γὰρ πρὸς τοῦτ' ἀντερεῖ, ἐγὼ δὲ σοὶ κἀκεῖνο παραινέσαι δίκαιον ᾠήθην, καθαρὰν κακηγορίας τὴν γλῶτταν διατηρῆσαι. εἰ γὰρ κἀκεῖνος μυρίων, ὡς γέγραφας, ἐστὶν ἄξιος θανάτων, μηδὲ τῇ τιμῇ βελτιωθεὶς, ἀλλ' ὅπλῳ κακίας τῇ ἱερωσύνῃ χρησάμενος, καὶ τολμῶν τὰ ἀτόλμητα· διὸ καὶ παρὰ τοῦ ἀδεκάστου κριτοῦ, εἰ μὴ γνωσιμαχήσειε, σφοδροτάτας ἀπαιτηθήσεται δίκας. οὐ γὰρ ἄδικος ὁ θεὸς, ἀλλ' οὖν τὸ σαυτοῦ στόμα μιαίνειν οὐκ εἴης δίκαιος, τὰς μιαρὰς ἐκείνου πράξεις ἐκκωμῳδῶν.

Ἰωάννῃ σχολαστικῷ. ρξγ.

Εἰ ἐρεθίζει σε πρὸς μάχην ὁ σὸς διάδικος, ἄμεινον μὲν μὴ ἀποκρίνασθαι. εἰ δὲ τοῦθ', ὡς φὴς, ἀδύνατόν σοι καθέστηκεν, ἄκρως φιλοσοφῆσαι μὴ προῃρημένῳ· κέρασον τῇ φιλοσοφίᾳ τὸν ἔλεγχον, λέγων τὰ τοῦ ῥήτορος πρὸς αὐτὸν, φοβοῦμαι μὴ τὰ προσήκοντα περὶ σοῦ λέγων, εἰς οὐ προσήκοντας ἐμαυτῷ ἐμπέσω λόγους. οὕτω γὰρ καὶ φιλοσοφήσεις μετρίως, κἀκεῖνον εἰς δίκας εἰσπράξῃ.

Ἡρακλείδῃ πρεσβυτέρῳ. ρξδ.

Αὐτὸς μὲν ἔφης θαυμάζειν λίαν, ὅπως ὁ διάβολος τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων καὶ μετὰ τὸ ἐκνευρισθῆναι χειροῦται. ἐγὼ δὲ τοῦτ' οὐ θαυμάζω, εἰ ἀγρυπνῶν ὁ μιαρὸς ἐκεῖνος, καὶ μηδένα καιρὸν, μηδὲ ὥραν παραλείπων, ἡμῶν ῥαθυμούντων καὶ κοιμωμένων περιγίνεται. συναπολέσαι μὲν γὰρ ἑαυτῷ

τοὺς